

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Liber Florvm Beati Bernardi Abbatis Clarevallensis**

**Bernardus <Claraevallensis>**

**Augusta Vindelicorum, 1519**

**VD16 B 1923**

Incipit liber nonus. De virtutibus quatuor quibus vertitus suit primus homo.

**urn:nbn:de:bsz:31-62161**

De quattuor rotis curru spiritua-	bus de fonte christo.	xxx.
lis.	xxiiij.	De quattuor ordinibus in proceso-
De quattuor spinis.	xxv.	sione domini.
De duobus bonis quæ oculum in-	De quattuor generibus spirituum	xxxij.
teriozem faciunt simplicem: & du-	De quattuor fontibus predeuribus de	paradiso nro christo dno. xxxij.
obus malis quæ eum faciunt ne-	De quattuor beneficijs dei.	xxxiiij.
quam.	xxvi.	De quattuor speciebus contempla-
De quadrifaria diuisione oculi in-	terioris.	xxvij.
terioris.	xxvij.	tionis.
De quadrifaria diuisione suprad-	De quattuor gradibus amoris	xxxvi
cta.	xxvij.	De longitudine: latitudine: subli-
De quadruplici iusticia.	xxix.	mitate & pfunditate.
De quattuor riuulis descendenti-	Explicunt capitula libri noni.	xxxvij.

**Incipit liber nonus. De virtutibus quattuor quibus vestitus fuit primus homo. In sermone primo de annunciatione dnica cap. i.**



Vattuor his virtutibus misericordia & veritate: iusticia & pace: amictus fuit primus homo ab ipso suæ creationis exordio. Est enim in his quattuor: salutis integritas. Nec sine his omnibus potest constare salus. Prasertim cum non possint esse virtutes: si ab invicem separentur. Acceperat igitur homo misericordiam custodem scilicet atq; pedissequam: vt ipsa praeueniret: ipsa & sequeretur eum: ipsa quoq; protegeret & conseruaret vbicq;. Sed erat illi necessarius etiam eruditor tanq; ingenuæ & rationabili creature: vt nõ sicut fumentum aliquod custodiret: sed tanq; paruulus educaretur. Cui sane magisterio nemo poterat apertior inueniri q; veritas ipsa que eum in agnitionem summe produceret aliquam veritatis. Interim verone sapiens inueniret: vt faceret malum. essetq; peccatum & tanq; scienti bonum & minime facienti: iusticia quoq; qua regeret accepit. Ad huc autem & pacem qua frueretur & delectaret addidit manus benignissima creatoris. Pacem utiq; duplicem: vt nec intus pugne nec foris timores: id est nec caro concupisceret aduersus spiritum: nec esset ei vlla creatura formidini. Nam & bestijs omnibus libere imposuit nomina: & serpens ipse quod vtolentia non præsumpsit: fraude magis eum aggressus est. Quid huic deerat quem misericordia custodiebat: docebat veritas: regebat iusticia: pax fouebat.

QQ ij



FLO  
BERN  
ADA  
IRAS

DEE

SVV

GL

V

## Liber

¶ Capitulum. II. De quattuor statibus præcedentibus conversionem nostram. In quibusdam dictis.

**V**identur mihi quattuor interdū conversionem nostram præcedere status. Vnus sub nobisipsis: tres sub principe mundi huius. Est enim anima sub seipsa: cū propriā sequitur voluntatem: libertate perniciose gaudens. Et sub se cū proprię satisfaciens voluntati: necdū tamen possidetur a vicijis & peccatis. Qm̄ qui facit peccatū: iam non sui ipsius seruus est: sed peccati. Veruntamen tripliciter mihi videntur hoies esse sub principe tenebrarū. Primū quidem nec volentes nec nolentes quod cōuenit his qui necdū habent voluntatis vsum: sunt tamen vasa ire ppter originale peccatū: donec alligato forti vasa eius diripiat fortior p sacramenta adueniens. Scđo volentes cum iam voluntarie peccāt Tertio quoq; modo nolentes: cū iam quidem respicere vellent: nisi q; peccati consuetudine miserabiliter obligati iusto dei iudicio qui in sordibus sunt: sordescant adhuc.

¶ Ca. III. De quattuor diebus pœnitentię. In ser. iij de assumptione: qui incipit. Tempus loquendi &c.

**E**go primam arbitror timoris diem / qua nimirū irradiante cordibus nostris peccato morimur: & quodāmodo sepeliamur in cōscientijs nostris. Scđa ni fallor agitur in labore certaminis. Solet nāq; inter primordia conversionis acrius insurgere tentatio præue consuetudinis: & vix extingui possunt iacula ignita diaboli. Tertia nihilominus esse doloris videtur: dum recogitat quis annos suos in amaritudine anime sue: nec tam laborat declinando futura q̄ p̄terita plangendo deplorat. Miraris q; hos dixerim dies: Sed tales dies / dies nebulę & caliginis: dies luctus & amaritudinis. Sequitur dies pudoris nō dissimilis tribus: qm̄ iam horribili confusione operitur anima miseranda: dum nimis cōsiderat: que & quāta deliquerit / & in oculis cordis tetras versat imagines peccatorum. Animus huiuscemodi nihil dissimulat: sed exaggerat vniuersa: nō sibi parcat durus iudex in semetipsum. Vtilis quidem exacerbatio & digna miseratione crudelitas: facile sibi diuinā conuilians gratiā / dum pro eo mens emulatur etiā contra semetipsā.

¶ Capitulum. IIII. De quattuor gradibus ascensionis. In quibusdam dictis.



**Q**uattuor gradus ascensionis esse dicimus. Primus ad cor  
secundus in corde. tertius de corde. quartus supra cor. In  
primo timetur dominus. in secundo auditur consiliarius  
in tertio desideratur sponsus. In quarto videtur deus.

¶ Ca. V. De duplici morte & duplici resurrectione. Vbi sup̄.

**D**ue sunt mortes & totidem resurrectiones. Prima mors  
anime: scđa corporis. Mors anime: separatio a deo: mors  
corporis: separatio anime a corpore. Hanc operat̄ pecca-  
tum: illā poena peccati. Item prima resurrectio anime scđa corpis  
Resurrectionem anime opatus est humilis & occultus christi ad-  
uentus. Resurrectionem corporis gloriosus & manifestus christi  
perficiet aduentus. Sed anima inuisibilis est ad imaginem dei crea-  
ta: rectū quidem fecit deus hominem ad imaginem & similitudinem  
suā. Vnde & exterior homo: id est corpus in forma sua rectus ap-  
paret habens vitā & sensum: vt per hunc exteriorem & visibilem  
illū interiorem: & inuisibilem intelligeremus: qui rectus est in vo-  
luntate: viuus in cognitione: sensibilis in amore. Et sicut corpus. i.  
exterior homo. in resurrectione vitā & sensum recipiet: ita & in re-  
surrectione suā anima. i. interior homo recipiet: id est cognitōem  
& amorem. Cognitio aut̄ vita: amor sensus. Sicut homo exterior  
in vita sua non discernit: quia in toto suo equaliter viuit. in sensu  
aut̄ discernitur in quinque partes notissimas: scilicet visu/gustu/au-  
ditu/odoratu/ & tactu. quia aliter sentit in oculo/aliter in aure/ &  
sic in cæteris. Ita interior homo in cogitatioe quidem nō discernit  
sed in amore. Et sicut ille in quinque partito sensu diuiditur ita iste  
circa quinque inuisibilia dei afficit: que sunt veritas/iusticia/sapientia/  
caritas/eternitas. Aliter enim afficitur circa veritatem quā dili-  
git propter libertatem. Aliter circa iusticiā quā diligit propter equa-  
litatem. Aliter circa sapientiā: quam diligit propter suauitatem.  
Aliter circa caritatem: quam diligit propter virtutem: Aliter circa  
eternitatem: quam diligit propter securitatem.

¶ Capitulum. VI. De quattuor fontibus proceden-  
tibus de paradiso spiritali. In quibusdam dictis.

**H**abet fidelis anima paradysum suam: spiritalem quidem  
non terrēnā. Et idcirco priori illo delectabiliorem & se-  
cretiorem. In hoc delectatur anima: sicut in oibus diuinit̄s

QQ 44



FLO  
BERN  
ADA  
IRAS

DEE  
SVV  
GL  
V  
S

Libro

De hoc paradiso prodeunt fontes quattuor: id est veritas / caritas / virtus & sapientia. De his fontibus laboranti anime: salubres aquae hauriuntur. Laborat enim anima humana quadruplici morbo viciorum scilicet timoris / concupiscentie / proprie iniquitatis / ignorantie. Timore enim victa in vicium cogitur. concupiscentia illecta in vicium trahitur. propria iniquitate voluntarie vicium sequitur. ignorantia seducta in vicium labitur. Contra pusillanimitatem que provenit ex vicio timoris: aqua praesidiorum de fonte virtutis. Contra concupiscentiam temporalis voluptatis: aqua desideriorum de fonte caritatis. Contra malitiam voluntarie iniquitatis: aqua iudiciorum de fonte veritatis. Contra fallaciam ignorantie: aqua consiliorum de fonte sapientie. Et hoc in gaudio: ut quae prius gemebat sub pondere viciorum / modo gaudeat in adeptuone virtutum. comparando sibi de aquis consiliorum prudentiam: de aqua praesidiorum fortitudinem: de aqua desideriorum temperantiam: de aqua iudiciorum iusticiam. ut in adversis fortitudo expellat pusillanimitatem in prosperis temperantia refrenet lasciviam. In agendis iusticia excludat iniquitatem. in dubijs prudentia instruat ignorantiam.

¶ Ca. VII. De quadruplici conscientia. In quibusdam dicitis.

**L**aborat & requiescit anima in conscientia: quia conscientia alia bona & non tranquilla. alia tranquilla: & non bona alia nec tranquilla: nec bona. alia bona & tranquilla. Tranquilla & non bona eorum est qui in spe peccant: & dicunt in corde suo quod deus non requireret / & ista maxime adolescentium. Bona & non tranquilla eorum est qui iam conversi ad deum recogitant amos suos in amaritudine. Nec bona nec tranquilla eorum qui in multitudine peccatorum desperant. Bona & tranquilla eorum qui carnem spiritui subdiderunt: qui cum his qui oderunt pacem sunt pacifici. Hic est lectus anime: in hoc requiem capit anima.

¶ Capitulum. VIII. De quattuor affectionibus anime. In quibusdam sententis.

**Q**uattuor sunt affectiones: amor & leticia / timor & tristitia. Absque his non subsistit humana anima: sed quibusdam sunt in coronam: quibusdam in confusionem. Purgate enim & ordinate gloriosam in virtutum corona reddunt animam inordinate per confusionem deiectam & ignominiosam. Purgantur



autem sic. Si amantur que amanda sunt: si non amantur que amanda non sunt: amor purgatus erit. Sic de cæteris. Ordinantur autem sic. In initio timor: deinde leticia post hanc tristitia in consummatione amor. Compositio quorum talis est: de timore & leticia nascitur prudentia. & est timor causa prudentie: leticia fructus. De leticia & tristitia nascitur temperantia. cuius est tristitia causa: leticia fructus. De tristitia & amore nascitur fortitudo: & est tristitia causa fortitudinis: amor fructus. De amore & timore nascitur iusticia: & est timor causa iusticie: amor fructus. Considera ergo quomodo iste affectiones ordinate virtutes sunt: inordinate perturbaciones. Si timorem sequatur tristitia: desperationem generat. si amorem leticia dissolutionem. Sequatur ergo timorem leticia: quia timor futura cauet. leticia de presenti gaudet prudentis cauere finem leticia possidet. Probet ergo leticia timorem: probatus timor nihil aliud quam prudentia est. Comiteretur leticia tristitia: quia moderate leta amplectitur: qui tristitia reminiscitur. Temperat ergo leticia tristitia temperata leticia: nihil aliud est quam temperantia. Iungatur amor tristicie: quia fortiter sustinet tristitia: qui per amorem que sunt amanda desiderat. Confortat ergo amor tristitia: confortata vero tristitia: nihil aliud est quam fortitudo. Iungatur amor timori: quia ordinate amandis inhaeret: qui timenda non negligit. Ordinatur ergo amor timorem: ordinatus timor nihil aliud quam iusticia est. Duæ affectiones leticia & tristitia: non se extendunt ad alia. In nobis enim letamur: & in nobis tristamur. Amor & timor ad alia se extendunt. Timor enim affectio est naturalis: que nos coniungit superiori per inferiorem partem & habet se ad deum solum. Amor affectio est que nos coniungit superiori: inferiori: & equali: & habet se ad deum & proximum. In his autem duobus perfecta consistit iusticia: ut timeamus deum propter potentiam amemus propter bonitatem: & proximum propter naturam societatem.

¶ Capitulum. IX. De quattuor virtutibus nobis necessarijs. In quibusdam sententijs.

**O**pus est fortitudine aduersus tentamenta peccati: ut rugienti leoni resistamus / fortes in fide: & ignita ipsius iacula hoc clipeo viriliter repellamus. Opus est iusticia: ut operemur bonum. Opus prudentia: ne cum fatuis virginibus reprobemur. Opus denique temperantia: ne voluptatibus indulgeamus. Plane ter-



FLO  
BERN  
ADA  
ERAS

DEE  
SVV  
GL  
V  
S

Libri

ribilis deus in consilijs super filijs hoim. Sed si terribilis est: etiã misericors inuenitur dum futuri formã iudicij non occultat. Anima que peccauerit: ipsa morietur. Palmes qui fructũ nõ fecerit: excidet. Virgo cui defuerit oleũ a nuptijs excludet. Et qui bona recepit in hac vita: in æterna cruciabitur. Quod si forte contingat in vno quo libet hæc quattuor inueniri: ea plane extrema desperatio est.

¶ Ca. X. De quattuor modis orãdi. In quibusdã sententijs.

**Q**uattuor mihi videntur orandi modos exprimere apostoli verba dicentis. Volo primũ fieri obsecrationes deinde orationes: postulatões / gratularũ actiones. Sunt em̃ quos adhuc peccati conscientia terret & cruciat: nondũ accepta resistendi virtute. tunc scilicet cum primũ ipsos in peccatorũ cœno facientes: spiritus veritatis irradiat. & excitans erubescere facit & timere: dum vident immanitatem criminũ. meritorum exiguitatem & velut ardentem corã se gehennã expauescentes. qm̃ in seipsis boni nihil inueniunt: aliunde apprehendunt vnde regant. Sciunt enim qd non sit tutũ in conspectu dñi dei sui vacuos apparere: & nihilo minus id præsumere plenis stercore manibus audent. Quia ergo timent & merito timent per seipsos accedere: student quasi per alios supplicare. Tale est illud orationis genus: quo solemus vti dicentes. Sancte petre ora pro nobis: & similia. Maxime vero illud obsecratio est manifesta: per passionem tuã libera nos dñe & cetera in hunc modũ. Ac vero iam continendi virtute accepta securus accedit: qui sibi conscius fuerit. pro delictis præteritis veniã querens & oratione quæ nimirũ oris est ratio: qñ iam ore suo loquitur cum deo suo. Quod si iam consecutus es / primũ est: vt ipsi dño in oratione loquens recogites annos tuos in amaritudine animę tuę. Dehinc postq̃ in lamentis poenitentię aliquãdiu perseverans: hilaritatem quandã & fiducia concœperis indulgentię. accede iam ad postulatões: vt secure tanq̃ receptus in gratiam dñi / tibi & cõseruis tuis audeas petere quod oportet. Fiducialiter iam postulare potest qui eius modi est: tantũ caueat ne forte aut postulet nõ postulanda: aut nimis postulet que nõ a deo sunt postulanda: aut ea tepide quærat que toto affectu & omni tempore sunt querenda. Petit & nõ accipit omnis qui terrena quærit ultra necessitatem: quæ mundialem gloriã sectatur aut voluptatem. Tale est etiam quod



solent homines saeculares mortem inimicorū in oratione postulare: caeteraq; similia quae non oportet. At vero temporalia si defuerint petenda quidem sunt quantum necessitas humana requirit: sed non sunt nimis requirenda. In quo genere etiā illa sunt specialia: si ne quibus nihilominus salus constare potest. vt donū scientiē / gratia curationū: omniaq; de quibus certū non habemus. quid expediat nobis: vtpote si te fatigat tentatio. supplicandū quidem pro ea vt auferatur a te sed non minus obnixē. qm̄ in talibus oportet deo magis cōmittere: q̄ temere apud nos aliquid diffinire. Hæc autē sunt pro quibus incessanter & q̄ obnixē poterūt: ad deū dament desideria tua vt habeas gratiā eius bonā: & placere possis in oculis pietatis ipsius: & in eo viuas & moriaris in ipso: vt gloriā eius videre & in ipso frui imperpetuū merearis. Porro ad quartū orationis genus quod est gratiarū actio: per paucos attingere credo: & quo rarius eo preciosius est. Multā enim gratiā prorsus inuenit apud deū: qui exaudit anteq̄ inuocetur & testimoniū reddit spiritui eius spūs quem habet ex deo. qm̄ exauditum est desideriu eius: ita vt certus iam nō orare: sed gratias agere possit. Prima igitur id est obsecratio veracundo fiat affectu. Secunda quā proprie diximus orationem affectu puro: vt videlicet nō dissimulemus peccata: non nos palpemus scientes quod sic quisq; gratiā inuenit apud deū: si inuentus fuerit durus iudex in semetip̄m. Tertia id est postulatio amplū querit affectū & fiducię latitudinē. Quarta q̄ est gratiarū actio: ipsa debet esse deuotō plenissima & delicijs affluēs

¶ Capitulū. XI. De quattuor quibus debitor est homo. In quibusdam sententijs.

**V**is scire quę & quibus debeas. Primo christo iesu debes oēm vitam tuā: quia ipse vitam suā posuit pro vita tua: & cruciatus amarus sustinuit: ne tu perpetuos sustineres.

Si conferrentur in me omnes vitę filiorū adam. & omnes dies saeculi: & labores omnium hoīm: qui fuerunt: qui sunt: qui erunt: nihil esset ad cōparationem corporis illius quod spectabile & stupendum est. virtutibus etiā supernis in cōceptu de spiritu: in ortu de virgine: in vitę innocentia: in doct̄ rine fluentijs: in cruciacionibus miraculorū: in reuelationibus sacramentorū. Sicut igitur exaltantur cœli a terra: sic exaltata est vita illa a vita nostra: quæ tæ



FLO  
BERN  
ADA  
ERAS

D.E.E  
SVV  
GL  
V  
S

### Liber

men proposita est pro vita nostra. Sicut nihil ad aliquid nullā ha-  
bet cōparationem: ita & vita nostra nullā habet ad vitam illius pe-  
portionem, cum illa dignior: ista miserior esse non possit. Cum er-  
go ei deuouero quicquid sum: quicquid possum: nōne sic est sicuti  
stella ad solem: gutta ad fluuiū: lapis ad montem: granū ad aceruū.  
Sed nunquid huic soli debitor sum: cui vix aliquid retribuere pos-  
sum. Exigūt a me prāterita peccata mea futurā vitā meā: vt faciā  
dignos fructus poenitentię & recogitem oēs annos meos in ama-  
ritudie anime meę. Et ad hæc quis idoneus? Peccavi sup numerū  
arenę maris & multiplicata sunt peccata mea & nō sum dignus vi-  
dere altitudinem coeli prę multitudine iniquitatis meę: circūdece-  
runt me mala quorū nō est numerus. Quod ergo sine numero est  
quō numerabo? Quō satisfaciam cum cogar reddere debitū vsq̃  
ad nouissimū quadrantē? Sed & delicta quis intelligit? Sed & quā-  
tumlibet poeniteat: quantumlibet se affligat & maceret propter no-  
men tuū: non ppter poenitentię meritū propiciaberis peccato meo  
(ait iustus) domine multū est em̄. Cum igitur quicquid vis: quic-  
quid sapi: quicquid habes: quicquid potes: huic vni rei dedicaueris  
nunquid aliqd est vel intra aliqua computandū? Quid si tertiu sibi  
debitorem ostendā: qui nō minus acriter sed veraciter vendicat  
earn sibi? Puto q̃ & tu possidere desideras gloriā illam: quā nec  
oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoīs ascendit: regnū oīm  
sæculorū: viuere in eternū in perpetuas hæreditates. Credo q̃ ves-  
tis esse equalis angelis dei: & in placēis superne syon melos angelis  
cum auscultare & videre quicquid illud sit: cum erit deus omnia in  
oībus. Nonne ad hoc emendū totū te: & quæcūq̃ vnde cūq̃ con-  
trahere poteris dare oportebit? Et cum vnīuersa cōpleueris: non  
tamen esse cōdignas passiones huius temporis vel corporis: ad fu-  
turam gloriā quę reuelabitur in nobis. Quid dices & si quartū de-  
bitorem in mediū adduxerit: qui sibi iure primatus tres superiores  
cedere velit? Ecce in Ianuis est qui fecit coelū & terrā: etiam creator  
tuus est: tu creatura. tu seruus ille dñs. ille sigulus: tu sigmentū. To-  
tum ergo quod es illi debes: a quo totū habes. illi pręcipue domi-  
no qui & fecit & benefecit tibi: qui tibi ministrat syderum cursus:  
aeris temperiem: fecunditatem terrę: fructuū vberitatem. Huic re-  
uera totis medullis: totis viribus seruicndū. ne forte indignationis



oculo te respiciat & despiciat: & conerit in eternū. Expone ergo mihi cui horū quattuor preponas reddere quod debes: cum vnus quisq; tam internus q̄ eternus exactor sit vt te possit singulariter suffocare. Eia dñevim patior: responde pro me. In manus tuas cōmendo sp̄m meū: tu persolue oībus: tu ab oībus libera: quia tu es deus & nō homo & qđ hoībus impossibile est: possibile est tibi.

¶ Ca. XII. De q̄druplici cōpunctione. Sup can. ser. xvi.

**Q**uattuor ad sensum cōpunctionis sunt pertinentia. Porro sensū ex integro recuperasse te scias: si tuā conscientia quadruplici sentis cōpunctōe morderi. Pudore gemino: & gemino metu. Igitur in tua pro te lamentatione: deum cogita factorem tuū: cogita patrem: beneficū cogita dñm: ad omnia reus es. plange per singula: ad primū & vltimū respondeat timor tuus ad duo media pudor. Pater sane nō metuitur cū pater sit: patris est misereri semper & parcere. Et si percutit virga percutit non baculo: & cum p̄cusserit sanat. Paterna vox est: percutiam & ego sanabo. Non est proinde quod a patre formides: q̄ & si aliqñ feriat vt emendet: nunq̄ tamen vt vindicet. At vero cogitantem q̄ patrem offenderim: est certe quod pudeat: & si non quod terreat. Voluntarie genuit me verbo veritatis. Demū etiam non pepercit vnigenito: pro sic genito. Ita ipse quidem patrem se exhibuit mihi: sed nō ego me illi vicissim filiū. Quā fronte attollo iam oculos ad vultū patris tam boni tam malus filius? Pudet indigna gessisse generi meo: pudet tanto patre vixisse degenerem. Proch pudor. Caducavana: & prope nulla: & quorū finis mors est: infelix & insanus præferre: nō erubui eterni patris amori & honori. Sed & si pater nō esset: obrueret me beneficijs. Instaurat aduersū me testes: vt alia innumera taceam huius corporis victū & vsum temporis huius: & sup omnia sanguinem dilecti filij sulclamantem de terra. Pudet ingratitudinis: quanq̄ ad confusionis cumulū arguor. etiā reddidisse mala pro bonis: & odiū pro dilectiōe. Minime quidem mihi a benefactore: sicut nec a patre timendū Verus quippe beneficus est: dans affluenter & nō impropersans. Non impropersat dona: quia dona sunt. & beneficia sua mihi dedit: nō vendidit. At quanto de illo benignius: tanto de me indignius sentire cogor Quod si segnior: forte minor suas partes exequi



FLO  
BERN

AADA  
ERAS

DEE

SVV

GL

V

S

Libe

o pudor, timor sane excitetur in adiutoriu: excitetur vt excitet. Qd  
pater est: quod beneficus est: tibi est, quod dñs ac creator sibi. Et  
enim propter semetipm fecit omnia. Quid ergo quod tuū est tibi  
defensat & seruat: putas & pro se aliqu non zelabit: Putas sui nō  
requirit principatus honorem: Sed requirit vsq; ad nouissimum  
quadrantem requirit & retribuet abundanter facientibus superbiā  
Requirit a redempto seruiciū: honorem & gloriā ab eo quē plā  
mauit. Esto q; dissimulet pater: ignoscat beneficus: sed non dñs &  
creator: & qui parit filio / non parit figmento: nō parit seruo  
nequā. Pensa cuius sit formidinis & horrois: tuū atq; oim con  
templisse factorem: offendisse dñm maiestatis: Maiestatis est time  
ri: dñi est timeri: & maxime huius maiestatis: huiusq; dñi. Ille timē  
dus est qui postq; occiderit corpus: potestatem habet mittere & in  
gehennā. Qui sic afficitur pculdubio in duplici metu isto: itaq;  
pudore illo eque duplici: habet compunctiones quattuor.

¶ Ca. XIII. De quattuor generibus lachrymarū. In ser. iij.  
de epiphania dñi: qui sic incipit. Necessariū nobis & c.

**I**n lachrymis deuotionis non indulgentia peccatorū: sed bene  
placitum quaeritur dei patris cum descendit in nos spiritus ad  
optionis filiorū: testimoniū perhibens spiritui nostro q; su  
mus filij dei vt mellifluā nobis de cœlo vocem videamur audire:  
quā vere deus pater in nobis cōplacet sibi. Nec parū distat inter la  
chrymas deuotionis: atq; lachrymas poenitentię & confessionis.  
Veruntamen longe amplius vtrūq; precellunt: alię quaedā lachry  
mę quibus & infunditur sapor vini. Illas enim lachrymas vere in  
vinum mutari dixerim: quæ fraternę cōpassionis affectu in fero  
uore prodeunt caritatis, pro qua etiā ad horā tuū ipsius immemor  
esse sobria quādā ebrietate videris. In quibusdā dictis. Quosdam  
aut lugentes vides: sed si de corde pcederent illę lachrymę / non tā  
facile ilico soluerent in risum. Tunc aut cum abundantius ociosa  
& scurrilia verba profluant: q; prius lachrymę. lachrymas huius  
modi de his esse non arbitror quibus cōsolatio diuina promittit:  
quāquidem post illas tam facile cōsolatio vilis admittitur.

¶ Ca. XIII. De quattuor molestijs hoīs.  
**D**vplex scdm corpus miserum hominem contritio vexat:  
presens videlicet sensu doloris & mortis metu futura: //



nimirum cum & passibile sit & mortale. Duplex nihilominus anima agitare: sollicitudo videtur spei utique & timoris. Inter hec tempore fluctuant iugiter: dum peccati corpus inhabitat/ascendens usque ad coelos:& iterum usque ad abyssos descendens tabescens in malis:& ad bona nihilominus inardescens. Erit autem cum luteum hoc egrediens domiciliu a timore quidem penitus liberabit: sed necdum ab expectatione. Extunc enim iam non erit timor in finibus nostris: sed in spe singulariter constituti erimus. Caeterum & ipsum corpus restituetur. Seminatur enim corpus animale resurget corpus spirituale. Seminatur in ignominia: surget in gloria. Vbi iam tunc mors victoria tua? Siquidem & tu inimica nouissima destrueris. Corpus enim resurrectionis iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur: sed & dolor & gemitus omnis abscedet: quoniam absterget deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, & iam non erit amplius neque luctus neque clamor/sed nec ullus dolor: quoniam priora transferunt. Felices lachrymas quas benigna manus magni conditoris absterget. Et beati oculi qui in talibus liquidis lacrimis elegerunt/et eleuari in superbia/et omne sublime videre: et avaricie & petulantie famulari.

¶ Ca. XV. De quatuor quibus seruit homo in hac vita.

**Q**uatuor sunt quorum in hac vita obsequiis deseruimus: caro/mundus/diabolus/deus. Carni militamus: gula/lecebris seruiendo/luxurie stimulis obsequendo. Mundo militamus avaricie estibus anhelando:honoris altitudinem affectando. Diabolo militamus:honorum profectibus inuidendo: contra deum superbie spiritu intumescendo. Deo autem militamus pietatis opibus humiliter insistendo: potestatibus aeris viriliter resistendo. Habent & singuli principes donatiua propria. Caro largitur suis seruitoribus momentanea voluptatem, mundus transitoria sublimitatem, diabolus perpetua captiuitatem, deus interminabilem felicitatem.

¶ Capitulum. XVI. De quatuor generibus hominum regnum coelorum possidentium.

**Q**uatuor sunt genera hominum regnum coelorum possidentium. Alij violenter rapiunt: alij mercantur/alij furant/alij compelluntur ad illud. Rapiunt qui reliquerunt omnia, & sequuntur christum. Sunt alij inferioris gradus a quibus metuntur carnalia dum seminant spiritualia: & tales dicuntur mercatores.

RR iij



FLO  
BERN  
ADA  
ERAS

DEE  
SVV  
GL  
V  
S

## Lib̄r

Sunt alij qui nōnulla bona occulte faciunt: & hi furari dicuntur quia laudem humanā vitantes solo diuino testimonio sum cōtenti. Hi autē qui compellunt sunt pauperes necessarii: quos hic ignis paupertatis deo dispensante probat ne in futuro ignis iudicij damnablem punit. De quibus dicitur. Compelle intrare. Cōpelluntur enim varijs necessitatibus & oppressionibus afflicti.

¶ Capitulum. XVII. De quattuor generibus tentationum. Super cantica, sermone. xxxiij.

**Q**uattuor sunt tentationū genera: nobis ita prophetico sermone descripta. Scuto inquit circūdabit te veritas eius nō timebis a timore nocturno: a sagitta volāte in die: a negotio perambulante in tenebris: ab incurſu & demonio meridiano. Super psalmū. Qui habitat, versu quinto. Hęc sunt quattuor tentationes quibus vndiq; circūdati/neceſſe habemus circūdari etiam scuto dñi vt sit nobis a dextris & sinistris/ ante & retro Veritas autem circūdat: quia verax qui promittit: & si exhibet vt promittit. Credo q̄ & hoc ordine quo hic numerantur contra eos qui conuertuntur insurgunt & velut principes sunt omnium tentationum. Super psalmum. Qui habitat, sermone sexto. Scimus quia aduersus eos qui conuertuntur: primū esse certamen de molestijs corporis consuevit. Caro em̄ hactenus indomita castigari & in seruitutem redigi: nequaquā equanimiter patit. sed adhuc memorem recens perditę libertatis: acritus concupiscit aduersus spiritū. Super can. ser. xxxiij. Itaq; primordia nostrę cōuersionis primus exagitat timor: quem intransibit statim horror vite ingerit artioris & insuete austeritas disciplinę. Atq; is timor nocturnus dicitur quia nox in scripturis designare solet aduersa: & pro bonis quę non videmus: formidamus quę in presentiarū sunt aduersa tolerare. Sup psalmū. Qui habitat, ser. vi. Nocturnus plane & tenebrosus timor iste. Sup can. ser. xxxiij. Superata autē hac tentatione armemus nos nihilominus aduersus hoīm laudes: quę de laudabili potissimū vita sumunt materiā. Alioquin patebimus vulneri a sagitta volante in die: quę est inanis gloria. Fama siquidem volat & ideo in die: quia ex opibus lucis. Sup psalmū. Qui habitat, ser. vi. Sagitta leuiter volat/leuiter penetrat: sed non leue infligit vulnus cito interficit. Sagitta hęc vana glōria est. Non est vnde impugnet



hæc pusillanimes & remissos: qui feruentiores esse vident: ipsi p̄  
 ueant: ipsi sibi caueant. Sup can. ser. xxxiij. Si hæc exufflatur tanq̄  
 inan̄s aura: restat vt solidius aliquid afferat de diuitijs & honori  
 bus sæculi. si forte qui non curat laudes: appetat dignitates. Alter  
 necesse est circūueniri a negotio perambulāte in tenebris: quod est  
 ypocrisis. Etenim ista de ambitione descendit: & in tenebris habita  
 tio eius. quippe abscondit quod est: & quod nō est mentit̄. Nego  
 ciatur aut̄ omni tempore formā retinens pietatis ad sese occultā dū  
 virtutem aut̄ eius vendicās & omnes honores. Sup psalmū. Qui  
 habitat. ser. vi. Quantos hoc negotiū perambulans in tenebris tru  
 didi fecit in tenebras exteriores velle spoliāns nuptiali & virtutū ex  
 ercitia fructu pietatis euacuans. Sup can. ser. xxxiij. Postrema ten  
 tatio est demoniū meridianū quod solet maxime insidiari p̄fectis:  
 qui videlicet tanq̄ viri virtutū omnia superauerunt voluptates/  
 fauores/honores. Quid enim iam superest ei qui tentat in quo pos  
 sit pugnare palā aduersus huiusmodi. Sup psalmū. Qui habitat.  
 ser. vi. Quos videt oimode diligere iusticiā: & odisse iniquitatem  
 Quidni vt iniquitatem palliet virtutis imagine? Quos enim perfe  
 ctos boni nouerit amatores: malū eis sub specie boni. non medio  
 cris sed perfecti psuadere conatur: vt cito consentiat qui magnope  
 diligit bonū & facile qui currit incurrat. Sup can. ser. xxxiij. Ve  
 nit proinde oculus qui manifestus nō audet: & quem satis exp̄  
 tus est apertū omne horrere malū: falso bono superare molitur.  
 Quarto igitur. i. sup̄mo demū loco: hæc tentatio formidetur. &  
 quo se in sūmo stare quis viderit: teo sibi vigilantius ab incurso &  
 demonio meridiano cauendū intelligat. Quod quidem demoniū  
 idcirco meridianū dictū existimo: quia sunt aliqui de numero ma  
 lignorū. qui cum merito tenebrosē obstinatēq; volūtatis sue/nox  
 & perpetua nox sint: diem tamen se ad fallendū simulare nouerūt  
 nec modo diem sed & meridiū. Et tunc merides/id est maior clar̄  
 tas apparet tentans: cū quasi boni maioris imaginem presert.

¶ Capitulum. XVIII. De quattuor cornibus crucis

De sancto Andrea. sermone. ij.

**N**ecessè est vt scuto circūdet nos veritas: quia nos vndiq̄  
 mala circūdant. Ab inferiori em̄ parte timor nocturnus  
 insurgit: a sinistris sagitta volat in diē: a dextris pambulat



FLO  
BERN  
ADA  
IRAS

DEE

SVV

GL

V

Liber

negotium tenebrosū: & vt nihil sit vacuū a superiori parte demonium meridianū occurrit. Nos autē miseri & miserabiles vicinis tot serpentibus: & igneis telis vndiq; volantibus & insurgentibus inimicis: nihilominus perniciosissima securitate & negligentia dormiamus / torpemus ocio vanitatibus & scurrilitatibus indulgemus tam pigri ad spiritalia exercitia: ac si iam pax sit & securitas & non sit militia vita hoīs super terrā. Ecce in cruce salus nostra: tantū vt ei viriliter inhæreamus. Ipsa est scutum quo circūdamur: vt eius cornua quattuor / quadrifaria hostiū tela repellant. Sit ergo inferius cornu contra timorem nocturnū: id est aduersus pusillanimitatem que de carnis afflictione procedit: vt id quod sub nobis est corpus castigare viriliter studeamus ac subijcere seruituti. Si quis vero nobis in faciem maledicit: si quis aperte mala suadere conat. in die volat sagitta & a sinistris est / sinistro nihilominus cornu excipiēda. Quasi adulatur si quasi consulentis animo: venenū propinat fraternę detractionis & odiū seminare conatur. si deniq; iniquū aliquid tanq; iustū persuadere tentat a dextris est mihi iste: sed iudas est / osculo me prodit. & dextro cornu crucis negotiū perambulans in tenebris: necesse est pro pulsari. Sed ecce demoniū meridianum superbię scilicet spūs: qui nimirū in maiori splendore virtutum acrius insurgere solet. Hęc autē valde perniciofa est. Initiū quippe omnis peccati & causa totius perditionis: superbia est. Propterea quisq; es qui salutem tuā opari studes: aduersus hanc superbia put cornu crucis habere memento: vt non eleueris in superbiā nō exaltetur cor tuū: non ambules in magnis / neq; in mirabilibus super te: sed tela ea que de sublimi veniunt superminens capiti tuo cornu crucis excipiat. Sane hoc solū est cui salutis pariter & regni titulus inscribitur: quia solus qui se humiliat / saluari & exaltari meretur. Tam vt breuiter repetam: quattuor hęc cornua sunt continentia / patientia / prudentia / & humilitas.

¶ Ca. XIX. De quadruplici superbia. In quibusdā sententijs.

**S**uperbia cordis / superbia oris / superbia operis / superbia habitus. Superbia cordis est: quā homo in oculis suis magnus est: contra quā sapiens orat dicens. Extollentiā oculorū meorum ne dederis mihi. Et alibi. Ve qui estis sapientes in oculis vestris. Superbia oris vel lingue que & factantia dicit: est quā homo

non sol  
Disper  
bia ope  
De qua  
qui faci  
atur: pre  
ciofa. Et  
perbia ab  
stis a dñc  
liprædi  
quia on  
ficat: &  
deus h  
deus v  
ab aia n  
ac

**A**  
vites pe  
ria est f  
& dam  
primit  
dicojs. Ill  
inutilibu  
cia indig  
tatis qu  
tudo v  
foris  
respu  
haberi  
quipp  
sticę p  
etiam il  
vulted



non solum magna de se sentit; sed etiam loquitur, vnde psalmista, Disperdat dñs vniuersa labia dolosa; & linguā magniloquā. Supbia operis est qñ homo quadā superbiā; vt magnus appareat agit De qua idem psalmista ait. Non habitabit in medio domus meę: qui facit superbiā. Supbia habitus est qñ homo vt gloriosus videtur: preciosis se ornat vestibus. Vnde apostolus. Non in veste preciosa. Et dñs. Qui mollibus vestiunt in domibus regū sunt; vbi superbia abundat. Sunt autē quinque quę ad remediū tā mortiferę pestis a dño rationali animę sunt posita; locus corpus; tentatio diaboli; prædicatio christi; & eius cōuersatio. Locus quia exiliū corpus quia onerosum. tentatio quia inquietat. christi prædicatio quia edificat; & eius cōuersatio quę informat. His quasi quinque sensibus deus humilitatē operat in aīa. Sicut enim aīa vita est corporis: ita deus vita est aīę. Et sicut corpus mortuū est qd' per quinque sensus ab aīa non vegetat: ita aīa mortua est q' per hæc a dño nō humiliat

¶ **Capitulum. XX.** De quattuor modis quibus itur ad consiliū impiorum. In quibusdam sententijs.

**A**D consiliū impiorū itur quattuor modis. Quidā em̄ trahuntur inuiti; alij attrahuntur illecti; alij seducunt ignari alij sequuntur spontanei. Istis necessarię sunt quattuor virtutes per quas armati resistent: ne in consiliū eant. Inuitis necessaria est fortitudo qua resistent vsq; ad mortem: minis / cruciatibus & damnis. Illi qui attrahuntur illecti; indigent temperantia quę reprimat illicita desideria; nec cedit promissionibus; nec emollitur blādicis. Illi qui seducunt ignari est opus prudentia; quę discernit ab inutilibus vtilia; & docet quid tenendū; quid ve reiiciendū sit. Iusticia indigent illi qui sequuntur spontanei. Iusticia est rectitudo voluntatis quę nec amat peccare; nec peccato consentire. Iusticia & fortitudo sedem habent voluntatem; quia voluntas iusta debet esse & fortis. Est autē iusticia voluntas ordinata hoc modo; scilicet mala respiciens; bonis meliora pponens. Prudentia & temperantia sedem habent in ratione; quia ratio prudens debet esse & temperata. Est quippe prudentia ratio docta scilicet a gratia; vitare contraria iusticie ppter iusticiā. Vitat quidem nō solum iniusticiā apertā; sed etiam illa q' sunt aliquo modo contra iusticiā; attendens nō quod licet; sed magis quod expediat. Vitans diuitias & quadā alia; non



FLO  
BERN  
ADA  
ERAS

DEE  
SVV  
GL

Liber

quia illicita: sed quia iusticie solent esse impedimenta: sed propter quosdam qui ex ypocrisi hoc faciunt: additur propter iusticiam. Iusticia est perfectio anime rationalis: alie virtutes sunt ad eius acquisitionem vel conseruationem. Fortitudo temperantia: prudentia: iusticiam conseruant: ne amittatur aut minuat. Postquam vero perfecta est iusticia & transit in affectum cordis: idem est quod illa tria quia fortis est prudens & temperata.

¶ Capitulum. XXI. De quattuor pedibus quibus cathedra pestilentie subsistit. In quibusdam sententijs

**C**athedra pestilentie quattuor pedibus subsistit. Primus pes est malicia. secundus contemptus dei. tertius irreuerentia. quartus astutia. Malicia est amare malum & saporem mali habere & malum. quia malum est diligere: sicut facit diabolus & nonnulli iniqui. Sed quia fit aliquando ut tales timeant deum: non timore bono. sed ne incurrant vel damnum rerum vel corporis cruciatum: ut amplius sint mali contemnunt & ipsum deum: & fit secundus pes contemptus dei. Item posset fieri ut malum amarent: deum contemnerent: sed inhiberet eos pudor hominum cum quibus habitant. Ideo ad augmentum mali sequitur tertius pes. irreuerentia ut nec deum timeant: nec homines reuerent. Ad consumationem vero totius malicie: adest quartus pes. astutia: ut sciant uti tribus predictis: miscentes oleo venenum. & melle acetum. Eminens pars cathedre cui sedens inhaeret: est potentia. Si enim potens est qui predicta habet: tunc plurimum nocet. vel si potentem sibi alligere potest quem suo consilio seducat: & ad malum impellat. Deinde apponit puluinar ut suauiter sedeat. Puluinar fit de leuibus pennis auium: signans vanam gloriam & fauorem popularem: quibus homines delectati extolluntur: Scabellum pedibus supponitur ne terram tangant. Tales enim nonnulli terrenas actiones non faciunt sed spirituales se simulant: ut magis decipiant. horum doctrina est quasi pestilentia: multa loca occupans & vastans.

Ca. XXII. De quattuor modis hominum. In quibusdam sententijs.

**Q**uidam sunt qui non sequuntur christum: sed fugiunt. alij non sequuntur: sed preunt: nonnulli sequuntur: sed non assentiuntur alij vero sequuntur & consequuntur. Non sequuntur sed fugiunt: qui necdum peccare desistunt de quibus scriptum est. Omnis qui male agit: odit lucem. Et propheta. Ecce isti qui



elongant se a te peribunt. Non sequunt sed p̄eunt: qui magistrorū sententijs suas p̄ferunt. Sequunt sed non assequunt qui segniter ac remisse agunt vel vsq; ad finem nō perseverantes de medio itine re reuertunt. Sequunt & consequuntur qui viam humilitatis eius deuoto mentis affectu perseveranter imitantur. Huiusmodi vere sequunt deū. Fructus imitationis: mansio est æternę beatitudinis

¶ Ca. XXIII. De quattuor generibus hoīm. In quibusdā sen.

**Q**uattuor genera sunt hoīm: quorū omniū nullum est qđ faciat bonū: nisi vnū. Quidam em̄ sunt qui deū nec intelligunt nec requirūt: & hi mortui sunt. Alij intelligūt qđem sed nō requirūt: & hi impij sunt. Alij requirūt: nō aut̄ intelligunt: & hi fatui sunt. Alij vero & intelligūt & requirūt: & hi sancti sūt. De quibus solis dici potest: quia ipsi sunt qđ faciūt bonū.

¶ Capitulum. XXIII. De quattuor rotis currus spiritualis in quibusdam sententijs.

**V**ia legis dñi agitur non gressu corporis: sed affectu mentis. Per hanc viā incedunt & quasi quendā currū ducūt tria genera hoīm: seruus/mercennarius/filius. Trahunt aut̄ eundem currū duo iumenta: quorū noīa sunt cōminatio: & promissio. Sup cōminationem seruus sedet: sup promissionem mercennarius. Horū vterq; trahit currū: alter timore: alter cupiditate / & vterq; proprijs stimulis impellit. Solus filius qui nec timore quatitur / nec illicitur cupiditate sed spū dilectionis agitur: sine labore aut lesione vehitur in currū. Quicūq; enim spū dei agunt: hi filij dei sunt. Habet etiā currus ille quattuor rotas: illas scilicet quattuor animi affectiōes notissimas: amorem & leticiā / timorem & tristitiam. amant enim temporalia: & letantur cum male fecerint. Sed hunc amorem & hanc leticiā sequitur timor & tristitia sempiterna. Electi vero ponunt primas rotas timorem & tristitiam: posteriores amorem & leticiam. Ipsi enim cōmutatur timor in caritatem: tristitia in leticiam sempiternam.

¶ Ca. XXV. De quattuor spinis. Sup. can. ser. xlviij.

**D**onec in carne est anima inter spinas p̄fecto versatur: & necesse est patiā inquietudines tentationū / tribulationū qđ aculeos. Videat qđ vigilem / sollicitāq; esse oporteat super custodia sui: septa vndiq; spinis hincinde aculeos intendentib⁹



FLO  
BERN  
ADA  
IRAS

DEE  
SVV  
GL

Liber

Spina culpa est: spina poena est: spina falsus frater: spina vicinus: est malus. Plenus est mundus spinis: in terra sunt / in aere sunt / in carne tua sūt. Versari in his & minime ledi diuine potentie est: nō virtutis tue. Bene pungeris si cōpungeris. Non mediocris titulus pfecto virtutis inter prauos viuere bonū & inter malignantes in nocentie retinere candorem & morū lenitatem: magis autē si his q̄ oderunt pacem: pacificū / & amicū / te ipsis exhibeas inimicis.

¶ Ca. XXVI. De duobus bonis q̄ oculum interiorē faciunt simplicem & duobus malis q̄ eundem faciunt neq̄. In libro de precepto & dispensatione.

**V**T interior oculus vere simplex sit duo illi arbitror necessaria. caritatem in intentione: & in electione veritatem. Nam si bonū quidem diligit: sed verū non eligit. habet quidem zelū dei: sed non scdm̄ scientiā. & nescio quemadmodū iudicio veritatis: vera esse possit cum fallitate simplicitas. Volens deniq̄ ad verā instruere discipulos simplicitatē magistra vitas: estote (inquit) prudentes sicut serpentes / & simplices sicut columbē. Præmisit ergo prudentiā: sine qua neminem satis esse posse simplicem sciret. Quō deniq̄ vere simplex erit oculus: cū ignorātia veritatis. Patet ergo laudabilem illam & a dño laudatā simplicitatem absq̄ his duobus nō esse bonis / beniuolentia. atq̄ prudentia vt oculus videlicet cordis non solū pius qui fallere nolit: sed & cautus sit q̄ falli non possit. Cæterum sicut oculum simplicem duo ista faciunt bona: amor boni & cognitio veri: sic neq̄ oculum duo e regione mala constituunt cecitas qua sit vt veritatem non agnoscat & peruersitas qua sit vt diligit iniquitatem.

¶ Ca. XXVII. De q̄drifaria diuisione oculi interioris. vbi sup̄

**P**orro inter hæc bona que nec fallere nec falli sinūt: & duo illa mala que tam falli q̄ fallere faciūt. duo sunt media: vnū quidem bonū per q̄ oculus interior & si falli queat ignorantia veri: zelo tamen boni fallere penitus nō consentit. Alterū vero malū quod licet veri noticiā non impediāt. amorē tamen boni p̄ malicia minime sentit. Et qm̄ omnis res melius diuisione innotescit: scdm̄ hoc duplex malū & illud item geminū bonū: quadrifariam diuidamus oculū cordis: in bonū & meliorē: in malū & peiorē: & subdamus exempla. Est qui bonū diligit: & malū nescius

igit. H  
quia o  
Itius  
trum  
qui bo  
ens vt  
non dū  
bonū i  
cui pro  
q̄ neut  
quidē  
nequa  
no va

**A**  
lus simp  
alius est  
cui nen  
rit. ita  
at. que  
ulmodi  
nec dilig  
malū: ne  
in super  
quia m  
remisi  
culdu  
iste &  
zelo: i  
uersus  
randoy  
lim qu  
fau &



agit. Huius qdem bonus est oculus: quia pius, nō tamen simplex: quia cecus. Et est qui bonū & libenter agit: & prudenter intelligit. Istius reuera oculū nō immerito simplice dixerim: utpote cui neutrum bonū desit: nec zelus scilicet bonus nec scientia. Est ecōtrario qui bonū minime diligens: ex malicia qdem puerlus est: sed sapiens ut faciat malū: per ignorantia cecus nō est. Quem qdem ideo nondū appellauerim nequā: q̄ vnū ei licet ad suū malum nō desit bonū. i. scientia. Sed est qui bonū forte nescius qd̄ non diligit agit: cui profecto nō incongrue id qd̄ dicitur nequā assignauerim, eo q̄ neutro careat malo: nec cecitate scilicet nec pueritate. Dicitur si quidem nequā quasi nequā q̄: ut is solūmodo nequā appelletur q̄ nequā q̄. hoc est in nullo penitus appareat bonus: sed sit utroq̄ bono vacuus tam videlicet veri noticia q̄ & beniuolentia.

¶ Capitulum. XXVIII. De quadrifaria diuisione supradicta. In eodem. Vbi supra.

**A**lius est itaq̄ pius oculus nō quidem fallere promptus: sed tamen falli pronus. Alius is est quem dñs simplicem dicit: tā nec fallere facilis q̄ nec falli. Et item alius est oculus simpliciter malus / fallens utq̄ libenter: sed nō facile falsus. Et alius est quem nequā esse diffiniuimus: quia sit dupliciter malus. cui nempe & malicia parit ignorantia: & ignorantia malicia operit, ita ut sæpe nesciens & malū quod vult nō faciat: & bonū faciat quod nō vult. Obscuratū nempe est insipiens cor eorū: qui istiusmodi sum & quasi iam traditi in reprobū sensum: bonum oīno nec diligere nec dinoscere queunt. Nam hmōi est cauere pfecto malū: nec vult etiā si possit nec si velit scit. Quāobrem hunc oculū in superiori diuisione: illo altero censui nō immerito peiorem, nō quia malignior sit: sed quia piculiosior. Ignorantia quippe securior rem: securitas segniorem facit: nō nequior. Est tamen ex hoc piculubio deterior: quia illē solū habet malū / malam intentionem: iste & fallam cōsiderationem. Illē vno caret e duobus bonis bono zelo: iste & vero iudicio. Si igitur is vere oculus neq̄ est qui peruersus pariter & cecus: bonū agit & malū credit. Utq̄ recte operando / sed opinando inique: bonū sibi in malū vertit / & tantū malū quantum crediderit. At nō ideo sequit̄ ut qui ecōtrario malum facit & bonum putat: iuxta suam fidem similiter & ipse inueniat.



FLO  
BERN  
ADA  
IRAS

DEE  
SVV  
GL

LIBER

Libe

Quare? Non est quippe simplex oculus ille qui ex iudicio veritatis totū corpus lucidū reddat: qualem pfecto superius diffiniuimus. Neq; em̄ ex toto adhuc tenebrę desunt: vbi ignorātia veritatis lucem obscurat bonę voluntatis. Cū itaq; ille oculus vtrūq; malum: is vero minime vtrūq; habeat bonū: nōne ratio videtur exigere vt plus ille noceat q̄ p̄sit iste? Neq; em̄ consequens est vt tñ valeat in bonū/bonū vnū: quantū duo mala/in malū / Et quidem laude dignā dixerim vel solā p̄tam intentionem: nec plane cōdigna remuneratione fraudabit in opere quoq; nō bono ipsa bona voluntas, attñ sine malo quocūq; nō erit decepta simplicitas: quia qđ a nesciente fit & bonū prorsus cōtemnit intentio praua / & malū nō penitus excusat recta. Siue itaq; malū putas bonū quod forte agis: siue bonū malū quod oparis, vtrūq; peccatū est: licet sane leuius admodū peccetur: vbi sana intentōe/sola reprehensibilis actio foris apparet: q̄ vbi maligna lateat/etiā in nō mala actione intentio Verū quod abiq; vel minimo peccato nō est: purū bonū minime est. Quo pacto ergo bonū non purū / purū malo comparabit in efficientia: hoc est vt tā efficax ad bonū illud sit/q̄ ad malū istud?

¶ Ca. XXIX. De quadruplici iusticia. In sermo. v. de verbis Isale qui incipit. Cōmendant nobis &c.

**I**usticia dei sublimis est. Nostri em̄ si qua est: humilis est iusticia, recta forsitan: sed nō pura, nisi forte meliores nos esse credimus q̄ patres nostros: qui nō minus veraciter q̄ humiliter aiebant omnes iusticię nostrę tā q̄ pannus menstruatę. Quō enim pura iusticia: vbi adhuc nō potest culpa deesse? Recta proinde videri potest iusticia hoīm: si tamen peccato nō consentiant/vt nō reghet in eorū mortali corpore. Nam primi hoīs in initio nō modo recta: sed etiā pura fuit: q̄ diu ei datū est nec sentire peccatū. Ceterum & ipsa qm̄ firma nō fuit & puritatem facile pdidit: & ne ipsa quoq; retinuit rectitudinem suā. Sane apud angelos iusticia recta pura & firma est: sublimis quidem/ sed adhuc longe inferior q̄ diuina. Non em̄ innata eis est: sed collata a deo, vt natura ipsa qđ ex se est: nō modo iusticię/ sed etiā iniusticię capax inueniat. Nūquid non ista est prauitas quę dā: quam in angelis suis mera illa iusticia legitur inuenisse? Non enim iustificabit in cōspectu tuo omnis viuens: ait is qui dei iusticiā minime ignorabat. Nec enim ait omnis



homo: sed omnis viuens forte / vt ne ipsos angelicos eum noueris  
spūs excepisse. Viuūt enim & ipsi tanto uerius q̄to propius astant  
ei: apud quem est fons uitę. Nihilominus etiam iusti sunt: sed ex eo  
non corā eo: munere eius / nō in eius comparatione. Ipse enim sibi  
iusticia est: cuius uoluntas non tam equa / q̄ ipsa equitas: & vtra-  
q; non aliud q̄ ipsa substantia est. Illa ergo iusticia uerissime sicut  
mons est: quę recta est / quę pura est / quę firma est / & vt ita di-  
xerim etiam substantiua est.

¶ Capitulum. XXX. De quattuor riuulis descen-  
dentibus de fonte christo. Super cantica. ser. xxij.

**D**ominus christus fons uitę: de intra ortū conclusum erū  
pens: per os pauli fistulā suā in quattuor se riuulos diffu-  
dit & deriuauit in plateas: ubi uidelicet & assignat nobis  
eum factū a deo sapientiā / & iusticiā / & sanctificationem / & red-  
emptionem. Qm̄ quidem in principio erat uerbū: & uerbum erat  
apud deū. Factum est aut̄ quatinus esse inciperet & apud hoīes: sic  
nihilominus in principio sapientia erat: erat iusticia / erat sanctifica-  
tio / & redemptio. sed angelis vt esset & hoībus: fecit eum hęc om-  
nia pater. At angelis (iniquis) quō redemptio fuerit nō uideo: Nec  
enim auctoritas scripturarū vs̄piam assentire uideō eos aliquñ / aut  
peccato extitisse captiuos / aut morti obnoxios: vt necessariā habe-  
rent redemptionem. exceptis dūtātaxat illis qui superbię lapsū irreme-  
diabili corruentes: redimi deinceps non merent̄. Si itaq; angeli nū  
q̄ redempti sunt: alij utiq; non egentes: alij nō promerentes: illi q̄  
dem quia nec lapsi sunt: hi aut̄ quia irreuocabiles sunt: quo pacto  
tu dicis dñm christū eis fuisse redemptionem? Audi breuiter. Qui  
erexit hominem lapsū: dedit statim angelo ne laboretur. sic illū de  
captiuitate eruens: sicut hunc a captiuitate defendens. Et hac ratio-  
ne fuit eque utriq; redemptio: soluens illū / & seruans istū. Liquet  
ergo sanctis angelis dñm christū fuisse redemptionem: sicut iusti-  
ciam: sicut sapientiā: sicut sanctificationem: & nihilominus tamen  
hęc ipsa quattuor esse factū propter hoīes. Sic ergo omne quod  
erat angelis sanctis: factus est nobis. Quid? Sapientia / iusticia / san-  
ctificatio / redemptio. Sapientia in p̄dicatione: iusticia in absolutōe  
peccatorū. sanctificatio in conuersatōe / quā habuit cum peccato-  
ribus. redemptio in passione quā sustinuit p̄ peccatoribus. Sede



FLO

BERN

AADA

IRAS

DEE

SVVT

GLR

V

S

LIBER

LIBER

bas o homo in tenebrosis & umbra mortis per ignorantia veritatis. Sedebas vinctus catenis delictorum: descendit ad te in carcerem non ut torqueret: sed ut erueret de potestate tenebrarum. Et primo quidem veritatis doctor depulit umbram ignorantie tue: luce sapientie sue. Per iusticiam denique que ex fide est: soluit funes peccatorum: gratis iustificans peccatorem. Addidit quoque sancte inter peccatores vivere: & sic tradere formam vite tanquam vie qua redires ad patriam. Ad cumulum postremo pietatis tradidit in mortem animam suam: & de proprio latere protulit premium satisfactionis quo placares patrem. En quattuor riuuli. Primus sapientie. secundus iusticie. tertius satisfactio nis. quartus redemptionis. Frustra huius seculi sapientes de quattuor virtutibus tam multa disputauerunt: quas tamen apprehendere omnino nequiverunt: cum illum nescierunt qui factus est nobis a deo. sapientia docens prudentiam: & iusticia delicta donans: & sanctificatio in exemplum temperantie continenter vivens: & redemptio in exemplum patientie fortiter moriens. Quid vobis cum virtutibus qui dei virtutem christum ignoratis: Vbi nam quaeso vera prudentia nisi in christi doctrina. Vnde vera iusticia nisi de christi misericordia: Vbi vera temperantia nisi in christi vita: Vbi vera fortitudo nisi in christi passione. Soli igitur qui eius doctrina sunt imbuti: prudentes dicendi sunt. Soli iusti qui de eius misericordia veniam peccatorum consecuti sunt. Soli temperantes: qui eius vitam imitari student. Soli fortes qui eius patientie documenta: fortiter in aduersis tenent. Incassum proinde quis laborat in acquisitione virtutum: si aliunde eas sperandas putat quam a domino virtutum. cuius doctrina armarium prudentie. cuius misericordia opus iusticie. cuius vita speculum temperantie. cuius mors insigne est fortitudinis. Ipsi honor & gloria in secula seculorum. Amen

¶ Ca. XXXI. De quattuor ordinibus in processione domini  
In ser. ij. de Ramis palmarum: quod incipit. Necessesse est &c

**Q**uattuor ordines in processione domini mihi videor intueri  
Preibat enim aliqui & viam parabant: ipsi sunt qui viam parant domino ad corda. Alii sequebantur: & hi sunt qui proprie inscientie conscientium deuote sequuntur & adherent semper vestigiis precedentium. Aderant quoque discipuli tanquam domestici lateri eius adherentes ipsi sunt qui partem optimam elegerunt qui in claustris soli deo viuunt: semper deo adherentes & eius placitum considerantes.



Ipsū quoq; iumentū cui insidebat nō defuit: quod designat duos corde & animos quodāmodo bestiales. Verū non fuit ibi animalū huiusmodi copiosior multitudo: nec oportuit. Tales enim magis oneri sunt q̄ honori: nec ppter eos processio valde gloriosior est. Huiusmodi nāq; cantare non norunt: sed male sonoros dant rugitus. Ipsi sunt qui semper virga & calcaribus egent. Attñ nec ipsos relinquet dñs: dum disciplinā ferre voluerint. Quattuor ergo sunt genera in p̄essione dñi. Boni prudentes & boni simplices: hi sunt qui p̄eunt & qui sequunt̄. Bonos aut̄ addidi. quia prudentes nō boni/iniqui sunt. & simplices nō boni/stulti sunt. In p̄essione aut̄ dñi nec iniquus locū habet: nec stultus. Porro qui adhærent ei: contemplatiui sunt. Qui portant eū & onerant̄ eo: ipsi sunt duro corde & parū deuoti. Sed ecce omnes sunt in p̄essione dñi: & nemo ex ipsis faciem eius videt. Nam qui p̄cedunt occupati sunt in paranda via: solliciti circa peccata & tentationes aliorū. Qui sequunt̄ ipsi omnino faciem eius videre nō possunt: sed posteriora eius vident. Iumentū cui insidet nunq; ad videndū leuat oculos: sed pronū est semp̄ in terrā. Qui vero adhærent ipsi aliquñ videre possunt: sed raptim & nō continue nec plane dū adhuc sūt in via. Attñ quantū ad alios: ipsi magis facie ad faciem eū vident.

¶ Ca. XXXII. De quattuor generibus spirituum. Sup̄ can. ser. v.

**Q**uattuor sunt spirituum genera: pecoris / nolster / angelicus / & qui condidit istos. Nō est ex omnibus cui siue ppter se siue ppter alium / siue ppter vtrūq; necessariū corpus nō sit corporis ve similitudo. excepto dūtaxat illo cui omnis tam corporalis q̄ spiritalis creatura merito confiteatur & dicit Deus meus es tu: qm̄ honorū meorū non egēs. Et primū quidem ita corpore egere cōstat: vt ne subsistere absq; illo vtrūq; possit. Simul quippe & viuificare desinit & viuere ille spūs: qm̄ moritur peccus. Verū nos viuimus quidem post corpus: sed ad ea quibus beate viuatur nullus nobis accessus patet nisi per corpus. Ipsa siquidem corporalia & visibilia: ista nō nisi per corporis instrumentū sensa in nostrā noticiā veniunt. Habet igitur necessariū corpus spiritalis creatura quæ nos sumus: sine quo nimirū nequaquā illam sciētiā assequit̄ quā solam accepit gradū ad ea de quorū sit cognitōe beata. lam q; & sup̄coelestes spūs opus corporibus habeant: illa nos



FLO  
BERN  
ADA  
ERAS

DE  
SVV  
GL

Liber

maxime certos faciat vera & vere diuina sententia. Nonne omnes  
(ait) administratorij spūs sunt missi in ministeriū: ppter eos qui he-  
reditatem capiunt salutis? Quonā ergo modo implent ministeriū  
suū absq; corpore: p̄sertim apud viuentes in corpore? Deniq; non  
est discurrere nec de loco ad locū transire: nisi corporū. Quod fre-  
quenter facere angelos tam indubitata q̄ nota probat auctoritas.  
Ita inferior superior q; spūs proprijs corporibus egent: sed tantū  
quibus iuuent nō etiam iuuent. At pecus quidem ex debito serui-  
tutis: & ad vsus tantū temporalium corporaliumq; necessitatū iuuan-  
do seruit. Ideo q; ille spūs & cum tempore transit & cum corpore  
deficit. Angelus vero curat & satagit in libertate spūs amministra-  
re officiū pietatis: futurorū bonorū promptū mortalibus. alacres  
q; sese ministrū exhibens: vtpote suis in æternū futuris ciuibus &  
coheredibus sup̄ne iocunditatis. Ille igitur vt iure seruiat: iste vt  
pie subueniat: ambo p̄culdubio suis corpibus egent vt iuuent. Nā  
in quo ipsi eis iuuent non video: ad profectū dūtaxat æternitatis.  
Irrationalis nempe spūs nunqd eo vsq; iuuat corpore suo: vt per  
corporalia & sensibilia que per illud sentit: etiā ad spiritalia & in-  
telligibilia pficiendo pertingat. Porro aut sup̄ celestis spūs absq;  
adiutorio corporis & absq; intuitu horū que per corpus sentiunt  
sola p̄fecto sue vicinitate ac viuacitate nature: sufficit apprehen-  
dere summa & intima penetrare. Nec brutus ergo nec angelicus spi-  
ritus ad ea capescenda que beatā spiritalem faciunt creaturā: suis  
vllō modo corporibus adiuuant. Ille quidem pro innata stolidita-  
te nō capiens: iste vero pro excellentioris glorie p̄rogatiua nō in-  
digens. Porro hoīs spiritū qui mediū quendā inter supremū & in-  
fimū tenet locū: vsq; adeo ad vtrūq; necessariū habere corpus ma-  
nifestum est. vt absq; eo nec ipse pficere nec alteri prodesse possit  
Nam vt taceā membra cetera corporis officia ve membrorū: quo  
nā modo queso aut sine lingua instruis audientem / aut sine auri-  
bus pcipis instruentē: Itaq; cū absq; corporis adminiculo / nec be-  
stialis spūs seruilis cōditionis soluere debitū: nec spiritalis celestis  
q; creatura implere ministeriū pietatis: nec rationalis anima tā pro-  
ximo q̄ etiā sibi sufficiat consulere ad salutem: liquet oēm creatū  
spiritū siue vt iuuet siue vt iuuet simul & iuuet: corporeo p̄sus  
indigere solatio. Nullus aut creatorū spiritū per se nostris menti

bus at  
strum  
one d  
bus at  
go ca  
de pro  
doet a  
corpo  
Purus  
sola o  
tmur  
si m  
bet  
stria  
repp  
stari  
uerfar  
quoci  
vulca  
ppie  
  
H  
aquar  
nou  
toti  
qui  
tict  
te pr  
lis g  
sum  
terre  
coel



bus applicatur: vt videlicet nullo mediante nostri sui ve corpis instrumento. ita nobis immisceat vel infundat: quo eius participatio one docti siue doctiores: vel boni / siue meliores efficiamur. Nullus angelorū nulla animarū hoc modo mihi capabilis est: nullius ergo capax nec ipsi angeli ita se alterutrū capiunt. Sequestret proinde de prerogatiua hęc summo atq; incir cū scripto spiritui: qui solus cū docet angelū siue hoīem scientiā: instrumentū non quærit nostræ corporeę auris sicut nec sibi oris. Per se infundit: per se innotescit Purus capit a puris: solus nullius indiget: solus & sibi & oibus de sola omnipotentivoluntate sufficiens. Operat tamen immensa & innumera per subiectā creaturā corporalem siue spūalem: sed quasi imperans nō quasi mendicās. Quid proprio de corpore facere habet: cui ad nutū indifferenter vniuersa corpora cœlestia atq; terrestria obsequi constat: Plane sup suo habet et suū: qui nullum sibi reperit alienū. Sup can. ser. vi. Demus ergo verā soli deo securi sicut immortalitatem ita & incorporeitatē: qui solus spiritū vniuersam corporeā creaturam alias naturā eo vsq; transcendat: vt quo cūq; corpe in quo cūq; ope nō indigeat, solo spiritali nutu cū vult: ad q̄ cūq; vult agēda cōtentus. Sola igit est q̄ nec ppter se nec ppter aliū: solatio instrumenti corpei opus habet illa maiestas.

¶ Capi tulum. XXXIII. De quattuor fontibus p deuntibus de paradiso nostro christo domino. In sermone de natiuitate: qui incipit. Grandis quidem.

**F**ons nobis est christus dñs vnde lauēmur: sed fons qui nō potest exauriri. Verūtamen nō iste solus aquarū vsus est nectantū sordes abluūt sed & suū extinguunt. Tertius aquarū vsus est irrigatio quā profectio maxime necessariā habent nouellę oliuarū plantationes: alioquin aut minus pficient: aut extoto peribunt præ nimia siccitate. Quær it ergo deuotiōis aquas quisq; seminauerit bonorū operū semina: vt irrigatus fonte gratię: bonę conuersationis ortus nō exarescat: sed in ppetua viriditate proficiat. vt bona opera feruore deuotionis & dulcedine spiritalis gratię condianē. Putas inueniri poterit quartus fons: vt paradysum recuperemus quattuor fontū irrigatiōe amoenissimū: Nā si terrenū paradysū denuo nobis reddendū nō speramus: quō regnū cœlorū sperabimus. Nunc aut vt de exhibitioe præsentū: firma

TT ij



FLO  
BERN  
ADA  
ERAS

DE  
SVVI  
GLI

Liber

sit expectatio futurorū; paradisu habemus multo meliorem & longe delectabiliorem; q̄ primi parentes habuerunt / & paradisu noster christus dñs est. In quo tres quidem iam fontes inuenimus; quartū queramus. Habemus de fonte misericordię ad diluendas culpas aquas remissionis. Habemus de fonte sapientię ad potandam sitim nostrā; aquas refectionis. habemus de fonte gratię ad irrigandas bonorū operū plantas; aquas deuotionis. Queramus ad decoquendos cibos aquas feruentes; aquas emulationis. Hęc nimirū condiunt & decoquūt affectiones nostras & ebulliūt de fonte caritatis. Porro ex his quattuor fontibus tres quidem proprie conuenire vident̄ tribus ecclesię ordinibus singuli singulis. Nam primus quidem oībus cōmunis est. In multis em̄ offendimus oēs & necessariū habemus fontem misericordię ad diluendas offensus sordes. Omnes in quā peccauimus & egimus gloria dei; & p̄lati / & cōtinentes / & coniugati. Si dixerimus quia peccatū nō habemus; nos ipsos seducimus. Quia ergo nemo mundus a sordē; necessarius est oībus fons misericordię; & pari voto debent ad hūc fontem noe / daniel / & iob p̄perare. De cetero. Iob quidem maxime fontem sapientię quærat; qm̄ ipse magis inter medios laqueos ambulat; ita vt magnū videatur si a malo declinat. Daniel vero currendum est ad fontem gratię; cui nimirū p̄nitentię opera / & labores abstinentię / deuotionis gratiā necesse est impinguari. Oportet enim vt maxime nos in hilaritate omnia faciamus; quoniā hilaritatem datorem diligit deus. Fons vero emulationis noe conuenit specialius; quia maxime p̄latos decet hic zelus.

¶ Capitulum. XXXIII. De quattuor beneficijs dei. Super psalmum. Qui habitat. sermone. xiiij.

**A**gamus gratias factori nostro; benefactori nostro / redemptori nostro / remuneratori nostro / aut potius spei nostre. Ipse em̄ retributor / ipse retributio nostra / nec aliud iam q̄ ipsum expectamus ab ipso primū quod nobis pręstitit; nos ipsi sumus. Si quidem ipse fecit nos; & nō ipsi nos. Parū ne tibi istud vt detur; quia te fecit? Cogita qualem te fecit. Fecit nempe etiā scdm̄ corpus egregiā creaturā; sed scdm̄ aīam magis. vtpote imaginem creatoris insignē; ratiōis participē / capacē beatitudinis sempiternę. Porro scdm̄ ambo simul p̄ ceteris creaturis maxime admiranda

am  
entia  
Sed  
nitas  
Non  
sed de  
dem li  
fueras  
liter he  
benefi  
ration  
dele  
grati  
metit  
mint  
sicut p  
grati  
tus. Per  
minim  
onis at  
gratis  
quoc  
hilo  
illa n  
effim  
euidē  
cio ce  
q̄ alit  
p̄ter  
uit in  
q̄ sec  
tuo. n  
ter dele  
His fac  
uplicite  
scuuar



am: cohærentem sibi incōprehensibili artificio / inuestigabili sapi-  
 entia cōditoris. Ita q̄ tam magnū hoc donū: q̄ magna res homo.  
 Sed q̄ gratuitū putas: Planū est quia nihil ante p̄meruit: quia pe-  
 nitus nihil fuit. An postea sperabat gratiā retributurus auctori?  
 Non necessariā retributurus gratiā ei qui per omnia sibi sufficit:  
 sed deuotas relaturus gratias ei qui sic meruit sperabat. Ne hoc q̄  
 dem licet maximo contentus munere: qui dedit vt essēs qui ante nō  
 fueras. adiecit etiā vnde subsisteres qui iam eras: nec minus libera-  
 liter hoc: q̄ illud mirabiliter est opatus. Quā copiosus in sc̄do hoc  
 beneficio: q̄ liberalissimus fuit. Quanta tibi largitus est ad susten-  
 tationem: quanta ad eruditionem: quāta ad cōsolationem: q̄ta ad  
 delectationem: quanta ex hoc iam ad correptionem. Verū hæc duo  
 gratis & dupliciter gratis fecit. Quid dico dupliciter gratis? Sine  
 merito tuo: sine labore suo. Nempe dixit & facta sunt. An idcirco  
 minus deuotus: minus obnoxius: minus gratus es: q̄ hæc quidem  
 sicut pro nihilo / sic de nihilo fecit: Peruersi cordis est occasiones in  
 gratitudinis vestigare. Nemo id facit: nisi qui etiā gratus esset ingra-  
 tus. Puto em̄ neutrū tibi propterea minus utile: q̄ quod præstanti  
 minime difficile fuit. Ceterū ex hoc iam tertiu opus tuę redempti-  
 onis attende. Non est velamen excusationis: laboratū prorsus in ea  
 gratis quoq̄ hoc præstitum est: sed gratis quod ad te ptinet: nam  
 quod ad illū plane nō gratis. Saluus factus es pro nihilo: nō de ni-  
 hilo tamen. Quid ad hæc dormitat affectio? Iam vero mortua est  
 illa nō dormit: quę huic beneficio nō respondet: quę se totā non  
 effundit in gratiarū actionem & vocem laudis. Nā & cætera duo  
 euidentissime tertiu hoc cōmendat: vt in eis quoq̄ vera fuisse dilec-  
 ctio comprobet nō p̄pterea de facili p̄stans quod nollet aliter: sed  
 q̄ aliter nō oporteret. Ita q̄ te fecit deus tuus: fecit tam multa pro-  
 pter te: fecit p̄pter te & semetip̄m. Verbū caro factū est: & habita-  
 uit in nobis. Quid adhuc restat? Factus est ipse tecū caro vna: te q̄  
 q̄ secum faciet spiritū vnum. Non recedant hæc quattuor a corde  
 tuo: nō a memoria: nō ab affectione. Hæc cogita semp̄: in his iugi-  
 ter delectare: his velut quibusdā stimulis vrgens sollicita aīam tuā  
 His facibus eam inflāmare curato ad redamandū eum: qui tā mul-  
 tipliciter suū erga te cōmendat amorē. Serua mādata creatoris tui  
 serua mandata benefactoris tui: redēptoris tui: remuneratoris tui.



FLO  
BERN  
AADA  
ERAS

DEEN  
SVV  
GLI

## Liber

¶ Capitulum, XXXV. De quattuor speciebus cōtemplationis. In libro quinto de consideratione.

**Q**uattuor sunt contemplationis species. Prima & maxima cōtemplatio est ammiratio maiestatis. Hæc requirit cor purgatū; vt a vicijis liberum atq; exoneratū peccatis facile ad supna leuet. Interdum quoq; vel per aliquas morulas stupore & extasi suspensum teneat admirantem. Scd̄a aut̄ necessaria est huic. Est em̄ intuens iudicia dei quo sane pauido aspectu dū vehementius cōcutit intuentem; fugat vicia; fundat virtutes; inicit ad sapientiā; humilitatem seruat. Tertia cōtemplatio occupat vel potius ociatur circa memoriā beneficiorū; & ne dimittat ingratum; sollicitat memorantem ad amorem benefactoris. Quarta q̄ retro sunt obliuiscens; in sola requiescit expectatione promissorū. Quæ cū sit meditatio æternitatis; siquidem q̄ promittunt æterna sunt / longanimitatem alit & p̄seuerantię dat vigorem. Puto iam facile est quattuor nostra hæc: quattuor illis verbis apostoli assignare; dum longitudinem comprehendit meditatio promissorum latitudinem recordatio beneficiorū; sublimitatem contemplatio maiestatis profundum inspectio iudiciorum.

¶ Capitulum, XXXVI. De quattuor gradibus amoris. In libro de diligendo deum.

**A**mor est affectio naturalis. Quod ergo naturale est: iustitiam quidem foret primo oīm naturę deseruire auctori. Sed quia carnales sumus & de carnis cōcupiscentia nascimur necesse est amor noster a carne incipiat qui si recto ordine dirigat̄ quibusdā suis gradibus duce gratia p̄ficiens: spū tandem cōsummabitur. quia nō prius quod spūale: sed quod aiāle est deinde qđ spirituale. In primis ergo diligit seipm̄ homo p̄pter se: cumq; se videt per se nō posse subsistere / deū quasi sibi necessariū incipit per se dem inquirere & diligere. Facit ergo se diligi deus qui & cetera bona facit: facit aut̄ sic. Qui naturā condidit: ipse & p̄tegit. Nam & ita cōdita fuit: vt habeat iugiter necessariū protectorem quem habuit & cōditorem. vt quæ nisi per ipm̄ non valuit esse: nec sine ipō valeat omnino subsistere. Quod ne sane de se creatura ignoret: ac perinde sibi qđ absit sup̄be arroget beneficia creatoris. Vult hominem idem cōditor: alio qđem salubriq; cōsilio tribulationibus



exerceri, vt cum defecerit homo & subuenerit deus; dum homo liberatur a deo; deus ab homine vt dignū est honoretur. Fit hoc ita q̄ tali modo: vt homo aīalis & carnalis qui p̄ter se neminem diligere nouerit, etiā deū vel p̄pter se amare incipiat: q̄ in ipso nimirū vt saepe exptus est omnia possit: q̄ tamen posse profit & sine ipso possit nihil. Diligit ita q̄ in sc̄do gradu deū; sed p̄pter se adhuc nō propter ip̄m. At vero cum ip̄m ceperit occasione p̄prie necessitatis colere & frequentare: cogitando/loquendo/legendo/operando/obediendo/quadā huiuscemodi familiaritate paulatim sensim q̄ deus innotescit/cōsequenter & dulcescit, & sic gustato q̄ suauis est dñs: transit ad tertiu gradū vt diligat deū, non iam p̄pter se sed propter ip̄m. Ita fit vt ad diligendū pure deū: plus iam ipsius alliciat gustata suauitas: q̄ vrgeat nostra necessitas. Sane in hoc gradu quo iam p̄pter seip̄m deus diligit diu statur: & nescio si a q̄q̄ hoīm. quartus in hac vita p̄fecte apprehendit: vt se scilicet homo diligat tantū propter deū. Asserant hoc si qui expti sunt: fateor im possibile mihi uidei. Erit aut̄ proculdubio cum introductus fuerit seruus bonus & fidelis in gaudiū dñi sui. Quasi em̄ ebrius mero quodāmodo oblitus sui: & a se penitus uelut deficiens totus p̄get in deū: & deinceps adhaerens ei vnus cum eo sp̄s erit. Quō stilla aque modica multo infusa uino deficere a se tota uidei: dum & saporem uini induit & colorem, sic omnē tunc in sanctis humanā affectionem quodā ineffabili modo necesse erit a semetipsa liquefcere: atq; in dei penitus transfundi uoluntate. Alioquin quō omnia in oibus erit deus: si in homine de homine quicq̄ superit: Manebit siquidem substantia; sed in alia forma/alia gloria/alia q̄ potentia. Ex hoc iam quartus ille amoris gradus p̄petuo possidetur: cum summe & solus diligitur deus, quia nec nos ipsos iam nisi propter ipsum diligitur: vt sit ipse in prēmium amantū se: in prēmium aeternum amantium aeternum.

¶ Ca. XXXVII. De longitudine/latitudine/sublimitate/& pfunditate dei. In li. v. de consideratione.

**Q**uid est deus: Longitudo/latitudo/sublimitas/& pfundum. Visus sum ptulisse plura: sed vnū est. Voces diuerse: semite multę, sed vnū per eas signat vnus quærēt. Nō diuisiones substantię in quaternario isto expressę sunt nō



FLO  
BERN  
ADA  
IRAS

DE  
SVV  
GLI  
V

## Lib er

dimensiones: quales in corporibus intuemur. Nō distinctio psonalis: qualem in trinitate adoramus. nō numerus proprietatū: qualem psonis ipis inesse fatemur. etsi nō aliud a psonis: alioquin hoc singulū horū in deo quod quattuor simul/ hoc quattuor ipsa qđ singulū est. Quid igitur est deus: Longitudo inquā. Quid ipsa: Aeternitas. Hęc tam longa: vt nō habeat terminū nō magis loci qđ temporis. Est & latitudo. Et ipsa qđ: Caritas. Quibus & ista terminis angustet in deo: qui nihil odit eorū quæ fecerit. Deniq; solem suū oriri facit sup bonos & malos & pluit sup iustos & iniustos: ergo etsi inimicos inducit sinus ille ne hoc quoq; cōtentus eadit in infinitū. Oēm nō modo affectiōem: sed & cognitionem excedit. Quid plus dicā: Aeterna est nisi qđ hoc forsītā plus est: quia æternitas est. Vides tantā esse latitudinem: quantā & longitudinē. Vtinā sic videas nō tantā esse: sed ipsā id esse vnā qđ alterā: nō minus vnā qđ duas: nō plus duas qđ vnā. Deus æternitas: deus caritas est. Lōgitudō sine ptensiōe. latitudo sine distēsiōe. In vtroq; parit locales qđ em excedit tempalesq; angustias: sed libertate nature nō enormitate substātię. Tali mō immensus est qđ oīa fecit in mēsurā qđuis immensus: hic tñ modus & ipsius immensitatis. Quid item deus: Sublimitas & profundū. In altero super oīa: in altero intra omnia. Liqueat in deitate nūl qđ claudicare equalitatem stare eā vndiq; firmiter: cōstare immobiliter sibi. Sublime potentiā: profundum sapientiā eius cōsidera. Ex equo & ista respondent sibi: dū & sublimitas inattingibilis & pfūditas eque inscrutabilis cognoscat. O sapientia potens attingens vbiq; fortiter: & potentia sapiens disponens omnia suaviter. Res vna effectus multiplex opationesq; diuerse. Et illa vna res est longitudo propter æternitatem: latitudo propter caritatem: sublimitas propter maiestatem: profunditas propter sapientiam.

¶ Explicit liber nonus.

## Incipiunt capitula libri. X.

De diuersis generibus pcti,	i.	rant a voluntate diuina.	v.
De malicia: luxuria: & auaricia & diuersis impedimentis diuinæ diuersis eius appendicijs.	ij.	gratiæ.	vi.
De diuersis vicijs lingue.	iii.	De diffinitionibus diuersorū quæ hinc a mandatorū obseruatōe.	vij.
De septē impedimētis q̄ nos retrahunt a mandatorū obseruatōe.	iiii.	De diuersis in hoīe existentibus in	vij.
De diuersis obstaculis q̄ nos sepa-	v.	ter q̄ sola voluntas meref.	vij.



De misericordijs domini.	ix.	De diuersis saporibus dei.	xviiij.
De fragmentis septē miarum.	x.	De diuersis modis quibus se habet	
De sex obseruatijs seruorū dei.	xi	filius ad patrem.	xix.
De signis quibusdā q̄ ostendūt ho		Q̄ pater & fili⁹ & spūs sanctus &	
minē esse de numero electorū.	xij.	sancti angeli desiderant cōsumma	
De diuersis dieb⁹ spiritalib⁹.	xiiij.	tionem nostram.	xx.
De diuersis saporibus.	xiiij.	Q̄ anime sanctorū desiderant re	
De diuersis generib⁹ spiritū.	xv.	cipere corpora sua.	xxi.
De diuersis operatiōibus vocis di		De diuersis impletionibus animæ	
uinę intus in anima.	xvi.	& corporis in futuro.	xxiiij.
De diuersis nominibus dei.	xvij.	¶ Expliciuunt capitula libri, x.	

¶ Incipit liber decimus. De diuersis generi  
bus peccati. In quibusdam sententijs. Cap. I.

**R**imū peccatū est factū in celo per supbiam preuaricatoris angeli: q̄ in seipso tumuit & de sorte beatorū spiritū eiectus celorū regnū amisit. Scdm̄ peccatū cōmissū est per inobediētiā mulieris in paradiso. Ex hoc peccato facta est caro rebellis spiritui vt qm̄ spūs eius nō fuit subiectus creatori nec caro sit subiecta spūi. Tertium peccatū fuit q̄ ipsa mulier virū quoq; secū traxit in culpā. Debit q̄ dem illa peccatū suū deslere: nec addere peccatū pctō. Sed in hoc putauit se habere cōsolationem, si virū suū faceret peccati sui partcipem. Quodāmodo em̄ naturale est vnūquēq; velle: siue in vicijs siue in virtutibus associare sibi cōsortem. Quartū peccatū cōmissit adam q̄ cōsensit Adam em̄ (sicut ait ap̄s) nō est seductus: mulier autē seducta in p̄uaricatione fuit. Illa per ignorantia: iste peccauit p̄ infirmitatem. Peccauit autē nimis diligendo vxorem: nō quia eius voluntatem fecit / sed quia eā voluntati pretulit diuinę. Iustū qui p̄pe erat vt illius magis voluntatem faceret: cui plus debebat. Quis vero ambigat plus eū debere cōditori q̄ vxori: Si qdem vxori erat astrictus tantū per amorem: deo autē per timorem simul & amorē Plus ergo debuerūt valere duo vincula ad tenendū eū erga dei p̄ceptum q̄ vnū tantū erga coniugis affectū. Quintū eque peccatū cōmissit: qui propriā culpā retorsit in vxorem. Primo qdem crudelis in se: qui peccatū suū excusauit. Scdo in vxorem quā accusauit. Et utiq; satis digna sūpta est de peccato vindicta: qm̄ eam accusauit cuius amore peccauit. Sextū peccatū fecit eua q̄ cum increparet a